

1519. medijs Februarij. Ex ms. Bibl. Latusc:

Sigismundus I. Rex Poloniae

Nicolao Radivilo Palatino

Vilnensi.

15

Magnifice Ed. Quando ad nos venit
 Joannes Christophorus, a nuntijs Defuncta
 Caesareae Majestatis qui erant in Moscho-
 via, et ex eo, ac literis pariter quas attu-
 lit intelleximus Ducem Moschovia, non
 nisi ad inducias unius anni consentire vo-
 luisse, licet breve hoc nimis tempus induci-
 arum nobis visum fuit, tamen et causa rei
 Christianae, et ne labor et opera dictorum
 Nuntiorum esset frustra constitueramus
 sinceritati tuae committere, ut ad eosde
 nuntios accedens edoceret eos juxta instru-
 ctionem hanc, quam illi mittimus, qualiter
 se ulterius, in eo negotio induciarum gerere
 deberent, sed quia certo accepimus ipsos nun-
 tios ad nos adventare et propediem hic
 futuros et scientes etiam, quia Sinceri-
 tas tua celebratura est nuptias filiae
 tuae die Dominico proximo decrevimus
 adventum eorundem Nuntiorum expe-
 ctare, et quando huc venerint, edocebi-
 mus eos ipsi, qualiter ad Ducem mo-
 schovia scribere debeant, ejus animum

persequentando.

